

Et in libris priorum tractat de dicibili complexo ordinato ad omnes  
 materiam indifferenter scilicet de generali modo faciendi syllogismum. **S**ed  
 libro posteriorum tractat de dicibili complexo tractato ad aliquam  
 materiam determinatam. scilicet de syllogismis demeritiuis. **I**n topicis  
 pro quantum ad materiam probabilis. in dilectis autem quantum ad materiam so-  
 phisticam. quod de syllogismis sophisticis et apparitionibus sed non exiitibus.

**P**ropositio est oratio affirmatiua vel negatiua alicui de  
 aliquo vel alicuius ab aliquo.

**T**erminus est in quem resoluitur propositio

**S**yllogismus est oratio in qua quibusdam positis ex necessi-  
 tate accidit aliud ex eo quod hec sunt.

**D**ici de omni est quando nihil est sumere de subiecto distribu-  
 to maioris quin de eo dicatur predicatum.

**D**ici de nullo per oppositum

**U**niversalis negatiua et particularis simpliciter uertuntur

**U**niversalis affirmatiua uertit in particularem affirmatiuam

**Q**ui oppositum contrariis repugnat antecedenti tunc contraria fuit bona

**Q**uicquid sequitur ad antecedens sequitur ad consequens

**S**yllogismus est necessarius exponibilibus et expositis. unde su-  
 sumitur. quicquid est verum de exponente: etiam est verum de ex-  
 posito. unde exponentis et expositi eadem est veritas

**Q**uando utraque premissarum est de contrario. tunc conclusio  
 erit de necessario

**M**ajori exiit de necessario et minori de inesse conclusio erit de ne-

cessario

**P**ossibile posito inesse nullum sequitur impossibile.

**C**ontingens dicitur duobus modis. vno modo quod fit ut frequenter. ut

boies canescere et senectute: et tale dicitur contingens in actu. alio modo

dicitur contingens quod quantum est de se habet se indifferenter ad esse et ad non

esse: ut me ambulare terre motu fieri: et tale dicitur contingens in infinitum

**Q**uicquid ex opposito consequentis infertur oppositum antece-

dentis. tunc prima consequentia fuit bona

**O**mnis syllogismus habet fieri per tres terminos et duas pro-

positiones et unam conclusionem

**E**xempla ponimus non verita sunt sed ut sentiant addiscentes quod ad-

hoc idem significat esse non album: et non esse album. **L**oquuntur

**C**onsequuntur autem. secundum librum priorum aristotelis

**E**t falso bene sequitur verum: sed ex vero nunquam sequitur  
falsum sed semper verum Unde ex falso verum: ex vero  
nil nisi verum

Petere quod est in principio est quod demonstratur propositum:  
quod fit quatuor modis Primo modo quando demonstratur  
omnino propositum Secundo quando demonstratur per ignorantiam  
Tertio quando demonstratur per ea que aliquantulum sunt  
ignora Quarto quod prius demonstratur per posterius

Si conclusio est falsa oportet aliquam premissam esse falsam

Quod extrema puerunt necesse est medium uerti

Magis eligendum est uelle bene agere quam agere: uero magis eligen-  
da est uoluntas sine actioe quam actio bona sine uoluntate

Instantia est propositio propositio contraria

Enthimema constat ex uerbis et signis: unde uerum est pro-  
babilis propositio

Probabile est quod scitur esse uerum ut in pluribus: unde  
ueros est propositio que scitur esse uera ut in pluribus: ut odium  
redolentes: et amare amantes

Signis et propositio demonstratiua et necessaria et probabilis  
Per signa corporis nobis nota syllogizamus: sed dispositioes  
corporis nobis ignotas

Autozitates sup primū libz posteriorz aristotelis

**O**mnis doctrina et omnis disciplina: ex preuolenti fit  
cognitione

Tam syllogismus quam inductio per prius nota faciunt doctrina  
nam habere.

Exemplum uero est inductio: enthimema uero syllogismus

Dupliciter aliquid necessaria est precognoscere: scilicet quod est et quod est

De dignitate oportet precognoscere quod uera est: de passione uero  
quod est: et de subiecto utriusque Unum hic habemus quod due sunt precog-  
nitiones et tria precognita: que sunt subiectus passio et dignitas

Unde iteque habemus quod in qualibet scia oportet presupponere  
resubiectum esse: et quid significet ipsum. passione non oportet  
presupponere esse: sed tamen quid significet

Quod addidit aliquis hoc scit quodammodo et nescit quodammodo  
nescit ipsum in propria forma: scit tamen ipsum in potentia